



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Dubium 16. Quot fuerint clavi, quibus Christus Cruci affixus fuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

etiam, quia crucem totam ei innixam gestauit adlocum Caluarie usque; tum denique, quod ex crucifigione inexplicabilem in ea per sensit dolorem. In hac parte detecta fuere ossa: Vnde idem Sanctus Vir à Christo iussus est accedere Vicarium suum, eique significare, ut cuilibet in memoriam, reuerentiam & honorem horum trium ossium tria *Pater noster*, & totidem *Au Maria*, recitatio per amplas elargiretur Indulgentias: quod & summus Pontifex promptissime executus fuit, nam omnibus & singulis præfatas persolutis orationes concessit 20000. annorum Indulgentias. Hæc reuelatio aureis descripta litteris legitur in monasterio S. Bernardi in Francia, eiusque authentica copia Romæ in sacello S. Francisci Assisiani exhibetur spectanda.

In eius uisa lib. 2. c. 19.

Alii denique, veluti S. Catherina, volunt, dolorem pectoris, quem ex distensione, ab proinde ex distensione ac luxatione omnium ossium costarumque pectoralium in cruce percepit, ut summum cæteris omnibus præferendum. Hæc eadem Sancta, quæ cunctos sensit dolores Passionis Christi, confessæ est, maiorem se percepisse dolorem in pectore, ubi concurrunt omnia ossa ad eandem custodiam, quam in quacunque alia corporis parte.

## Dubium Decimum Sextum.

*Quot fuerint clauis, quibus Christus erant affixus fuit?*

S. Bon. de uisa Christi c. 78.  
S. Greg. Turon. de glor. Mart. c. 6.  
S. Brig. reuelat. lib. 4. c. 7. & alibi

Tres solum fuisse, volunt nonnulli cum S. Bonifacio: alii, inter quos recensetur etiam Gregorius Turonensis, quatuor fuisse contendunt. Sancta Brigitta pressè affirmat in suis reuelationibus, quatuor fuisse clauos, ita, ut pedes duobus affixi fuerint clauis, quorum uno primitus pes sinister, altero dexter sinistro superpositus confixus fuit. Quantum ad numerum istorum clauorum, ex reuelatione quorundam Sanctorum referunt aliqui, eorum fuisse 68.